

R 24. 571-1665

54

Sam. Tennilius a  
a. d. s. Idus. Septemb.

32-49

Splendidissimo Equiti, Religiosissimo Secretario,  
Poëta Facundissimo, Domino meo  
CONSTANTINO Huygens  
Salutem.



Ferix, Domine, quas nobis dederant dies caniculares, impensè itineri Parisiensi, lectissimos et sapientissimos viros mihi ostenderunt, et in his Dominum meum tuum Filium tempori meo inservientem. Cum enim ante annum Samblichi Nicomachum protulissem, de reliquis ejus operibus edendis cogitarem, ille tuus Regiam bibliothecam aperuit, ut mysteria Aegyptiorum (sunt enim mehercle Samblichi) quae Reverendissimus Cosartius ex Mss. Soc. Jesu describenda conceperat, conferrem; reliqua auctoris divini opera ante octennium in Gallis et Italis exaraveram et comparaveram. Cum ad sacra nostra rediturus valedicerem amicis, hanc, quam vides, arculam accepi ad te curandam. Hanc petere et hac via favorem tuum conciliare posse creditus. Quisquiliam queso, quas adpesci, boni consule, et fac Dominus filius rem bene curatam, meque officio functum intelligat. Quod si tua amplitudo curis, quas nitor (et quid domi tuae non nasceretur, dum juxta scaturiginem Aganippici fontis per roscidas ripas et mulsidos pumices stylum trahis?) adesse poterit, ne oro, tuum ingenium communi literarum invideas; vel si nimis improbae sunt haec preces, me incredibili bonis placendi cura ductam intra tuorum clientum numerum latere patiaris. Sic te diutissime incolumen literaria et patria Resp. videat; hoc omnibus supplicis Deum veneratur

Neomagi MDCLXVIII.  
a. d. s. Idus. Septemb.

Tuo splendori  
addictissimus  
Samuel Tennilius.

V. 128

Hug 32A

Aen Myn Heer

Myn Heer Constantin Huygens,  
Heer in Zülichem, Landsdracht  
Ezr Hof.  
J<sup>n</sup> S Gravenhage.

port - 9<sup>re</sup> 9<sup>re</sup> partij.

